Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35473
Copyright: Neustift/Novacella, Augustiner-Chorherrenstift



121

Qui posuit fines tuos pacem: et adipe frumenti saciat te. Qui emittit eloquium suum terre: velociter currit sermo eius. Qui dat niuem sicut lanam: nebulam sicut cinerem spargit. Mittit cristallum suum sicut buccellas: ante faciem frigoris eius quis sustinebit. Emittet verbum suum et liquefaciet ea: flabit spiritus eius et fluent aque. Qui annunciat verbum suum iacob iusticias et iudicia sua israel. Non fecit taliter omni nacioni: et iudicia sua non manifestauit eis. Ant. Benedixit filios tuos in te. Capitl. Benedictus deus et pater domini nostri ihu xpi. pater misericordiarum et deus tocius consolacionis: qui consulat nos in omni tribulacione nostra. Do gr.

Deus creator omnium polique rector vestiens diem decoro lumine. noctem soporis gratia. Artus solutos vt quies reddat laboris vsui mentes et fessas alleuet luctusque soluat anxios. Grates peracto iam die et noctis exortu preces votis reos vt adiuues ymnum canentes soluimus. Te cordis ima